Aug.
8245

CONCLUSIONES
EX
UNIVERSA THEOLOGIA DOGMATICO SCHOLASTICA.

Menti Venerabilis JOANNIS DUNS-SCOTI Subtilis ac Mariani Doctoris, nec non aliorum *SS*: Patrum conformes.



I. Theólogia secundùm subſtantiam ſpectata ſimpliciter & abſolutè neceſſaria eſt toti Eccleſiæ, non verò ſingulis fidelibus II. Scripturæ Sacræ ab Eccleſia nobis propoſitæ, ſunt libri veri, & non ſuppoſiti. III. Qui Divinâ præſtant Authoritate, ſeu ſunt ipſummet Verbum Dei, ac proinde infallibilis regula Fidei. IV. Jn Lege nova præter Verbum Dei ſcriptum, neceſſario admittenda Traditio Divina, tanquam altera fidei regula. V. Unanimis SS: Patrum Conſenſus in aliquod dogma, Certiſſimum, & infallibile argumentum præſtat; eſtquè fidei regula. VI. Non ſoli prædeſtinati ſunt membra Eccleſiæ. VII. Eccleſia eſt una, extra quam ſalus obtineri non poteſt. VIII. Quæ ita eſt viſibilis ex natura ſua, ut ſemper oculis omnium Conſpicua Sit. IX. Romanus Pontifex jure Divino Primatum honoris, & jurisdictionis habet, in tota Eccleſia. X. Exiſtentia DEI non poteſt demonſtrari a priori, benè veró a poſteriori. XI. Quem Unicum eſſe fide Conſtat. XII. Attributa Divina abſoluta nec interſe, neque ab Eſſentia Divina, nequè relativa

lativa ab eadem Essentia, distinguntur, distinctione realiactuali, ante mentis operationem; Sive illa distinctio sit realis major, sive realis minor, sive formalis a parte rei. XIII. DEUS à nemine unquam visus est aut videri potest, oculis Corporeis. XIV. Fabulosa, ac delira est, Millenariorum de Regno Christi in terris Sententia. XV. Animae Justorum quibus nihil superest expiandum, statim post mortem ad claram DEI visionem in Cælum admittuntur, XVI. DEUS omnia & singula futura contingentia libera, & absoluta, certissimè cognoscit. XVII. Porro libera sub conditione futura, non videt DEUS in decretis absolutis, ex parte sui, & conditionatis duntaxat, ex parte creaturæ. XVIII. Sed libera conditionatè futura, videt per scientiam mediam, in qua includitur DEI decretum, de futuritione rei conditionatè ponendum, tanquam pars conditionis, sub qua res esset futura, & ut talis prænoscitur. XIX. DEUS nulla ratione vult mala culpæ, licet ea permittat, vultq; sincere omnium salutem hominum, nullo excepto. XX. Christus pro omnibus omnino hominibus nullo excepto mortuus est. XXI. Prædestinatio ad gloriam, fit ex prævisis gratiæ meritis. XXII. Sunt in Deo tres Personæ realiter a se invicem distinctæ. XXIII. Spiritus Sanctus vera est porsora, per se subsistens XXIV. Filius Dei verus est DEUS, Patriq; Consubstantialis. XXV. Spiritus S. est verus DEUS Patri, Filioquè consubstantialis. XXVI Duæ sunt in DEO processiones, nec plures nec pauciores. XXVII. Principium *Quo* proximum Processionum Divinarum, est Jntellectus, & Voluntas, prout connotant relationes Paternitatis, & Spirationis activæ XXVIII. Spiritus S. verè a Filio porcedit. XXIX. Justitia originalis, Sanctitas, & Jmmortalitas in homine Jnnocente fuit supernaturalis, ac consequenter possibilis fuit status naturæ puræ. XXX. Mysterium Jncarnationis est possibile. XXXI. Quod maximè Deo fuit conveniens, & homini redimendo. XXXII. Messias à multis sæculis jam venit. XXXIII. Hicq; est JESUS Nazarenus in lege promis-

sus

ſus. XXXIV. Verbum Divinum vi præſentis Decreti, non fuiſſet incarnatum ſi homo non peccaſet. XXXV. Jlludq; verum & reale Corpus aſſumpſit. XXXVI. Nec non etiam voluntatem humanam; proindeque in Chriſto non una, ſed duplex eſt voluntas, non una ſed duplex eſt volitio, ſeu operatio XXXVII. Chriſtus vere, proprie, & perfectè pro nobis ſatisfecit. XXXVIII. Cultus Jmaginum Chriſti ac Sanctorum, licitus eſt ac religioſus. XXXIX. MARIA Mater Chriſti ſemper fuit Virgo, ante partum, in partu, & poſt partum. XL. Nullus homo lapſus, ſive Juſtus, ſive injuſtus in præſenti ſtatu poteſt ſine gratia interiori præveniente efficere aliqvod opus ſalûtare, id eſt opus conducens ad vitam æternam. XLI. Jnfidelis poteſt abſque gratia aliquod bonum opus morale naturalis ordinis velle, & facere. XLII. Homo lapſus nullam gravem tentationem poteſt abſq: auxilio gratiæ vincere, etiam victoria ſterili. XLIII. Datur in ſtatu naturæ lapſæ, gratia verè & relativè ſufficiens, cui tamen diſſenſû libero, reſiſtat humana voluntas. XLIV. Hæreticum eſt efficaciam gratiæ repetere ex delectatione, Cæleſti, indeliberata relativè ad minorem oppoſitam concupiſcentiam victrice volunlatem ad conſenſum neceſſitante. XLV. Neq: ejus efficacia poteſt repeti ex prædeterminatione Phyſica. XLVI. Sed probabilus eſt iſtorum ſyſtema, qvi efficaciam gratiæ repetunt, ex ipſa virtute gratiæ, tanquā á cauſa, a quâ effectus contingenter, & liberè egreditur in aliqua temporis differentia, ſub directione ſcientiæ Dei mediæ. XLVII. Jn juſtificatione impij peccata verè remittuntur, & eradicantur. XLVIII. Jn qua fit interior hominis renovatio: per gratiam animæ ejus inhærentem. XLIX. Sola fides ad juſtificationem non ſufficit. L. Juſtitia non eſt æqualis in omnibus ſed unus altero eſt ſanctior, & juſtior. LI. Juſtificatio eſt amiſſibilis, & revera amittitur per ſubſequens peccatum. LII Bona Juſtorum opera, apud DEUM Sunt verè & propriè meritoria. LIII. Beatitudo formalis eſſentialiter

conſi-

consistit in summo gaudio quo Beati de Deo viso, & amato perfunduntur. LIV. Futura est omnium hominum Resurrectio. LV. Ad merendum vel demerendum in præsenti statu naturæ lapsæ, requiritur libeotas in differentiæ, seu à simplici necessitate, nec sufficit libertas á coactione. LVI. Unde homo lapsus est liber, ad bonum & malum non solum libertate á coactione, sed etiam á necessitate simplici antecedente. LVII. Prælati Ecclesiæ habent potestatem ferendi Leges Ecclesiasticas. Nec non etiam principes sæculares, sive boni, sive mali Leges Civiles LVIII. Ad peccandum formaliter, necessaria non est actualis cognitio malitiæ actionis, vel actuale de ea dubium. LIX. Datur peccatum originale. LX. Septem sunt novæ Legis Sacramenta, nec plura, nec pauciora. LXI. Quæ producunt gratiam non physicè sed moraliter. LXII. Extrema unctio, est verum & propriè dictum Sacramentum. LXIII. Minister Sacramenti Matrimonij non est Parochus, sed sunt ipsi Contrahentes.

Ad M. D. G. V. J. C. Honorem

Propugnabuntur publicè in Conventu Varsaviensi ad Transfigurationem Domini, R. R. P. P. Capucinorum Anno Dni 1775. Diebus 31 *Mensis* Julij [illegible]



Kraków
B 12 12

12

Theologia scholastica iuxta mentem Venerabilis Joannis Duns Scoti et Scotistarum Ad Aedes Liliati Principis ~~Divi~~ Divinissimi Casimiri tradita

praefatio 17 junii 1754
Liber I Sententiarum (AD ~~1756 8 julii~~)
Tractatus de virtutibus

Liber III Sententiarum De Incarnatione Verbi Divini (8 julii 1756

" IV " De Sacramentis. De novissimis